

V.D.16

Iodocus Badius Ascensius Iacobo huguetano fido ac probo Bibliopo  
le ac ciui Lugdunen. Salutem.

**V**m hisce diebus' Lugduni ageret: rogasti metamorphoscon opus relegeret;  
additur si cogrum videatur non nihil. Relegi: adieciq; annotatunculas  
nostras atq; in ordinem alphabeticum notatu digna collegi: castigauiq; subin  
de que inuersa offendit. Sed quod moleste fero) tanta est multorum negli  
gentia ut sepe error nouissimus sit primo peior. Tu vero si me amas & se  
cundam opellam a nobis exiges: pspicies. Hanc autem tuo nomini penitus destinatam dedi  
co eidem. Vale. Ad.xv. Kalendas Iunias anni. MCCCCCI.

Publij Ouidij Nasonis vita.

**P**ublius Ovidius Naso Sulmoni que urbs est in pelignis: vt ipse quoque scri  
bit ex equestri Nasonii familia Mineru. Quinquatrius natus est. xiiij. Kalē  
das Apriles Hirtio & Pantha consulibus: qui bello Antoniano apud muti  
nam in pugna ceciderunt. Cum fratre natu maiore clarissimis & grammaticis  
& rhetoribus Rome operam dedit: ac vt patri magis obtoperaret: q; illo  
studio delectaretur: legibus quidē incumbere cepit. Sed cum pater vita functus esset: ad  
humaniores musas rcdit: celeberrimosq; illorum temporū poetas sibi cōciliauit. Emys  
Ilium Macrum veronensem: qui de herbis diligentissime scriptis. Ponticū qui Theba  
da composuit. Propertium elegiarum. Bacchum Iamborum scriptorem & Horatium  
Flaccum. Vxores tris duxit: quarum duas repudiauit. cum tertia coniunctissime vixit  
ex qua duas etiam filias suscepit. Cū vero ad Iuliam Augusti filiā sub corinne nomine  
Iasciuas de amoribus elegias scriptissime deprehensus foret: in exilium annos quinquag  
ta natus ab Augusto ipso fuit missus: in pontocq; relegatus. ubi cum nouem annos tri  
stissime exegisset: vita functus: Tomis (vt Eusebius in chronicis scribit) fuit sepultus.  
Tamen autem & ipse alia quedam iactat tegendi criminis gratia: & pleriq; alter pu  
tant: illam ramen quam dixi suis exiliis caulam ex his Sidonij poete lepidissimis versi  
bus aperte demontratur.

**E**t te carmina per libidinosa  
Notum Naso tener Tomosq; missum  
Quondam Cesaree mi mis puelle  
Falso nomine subditum Corynne.

Multa nobis fecunditatis ingenij sui monumenta reliquit partim in exilio. partim Ro  
me conscripta. Nā in exilio & de Tristibus. & de ponto. et in Ibin & de morte Drusi  
ad Liuiam consolationē & duodecim fastorū libros: quorū sex tantū extant: q; nuper  
omnes inuenti ferantur. & germanici trinmphū composuit. De piscibus opusculum in  
choatum reliquit. Ante vero q; exularet: iam artem amādi emiserat. Amoris remedij  
fūs amores ad Corynnā. Amatorias Heroidū epistolās. Medeam tragediā: que vt scri  
bit Fabius Quintilianus: ostendere videtur: quantū vir ille prestare potuerit: si ingenio  
suo temperare q; indulgere maluisset. Metamorphosin: quā subita relegatione perturba  
tus emendare non potuit: id qd ipse his carminibus perspicue testatum reliquit.

**O**ra parente suo quicūq; volumina tangis:  
His saltem vestra detur in urbe locus.  
Quoq; magis faueas: non sunt nec edita ab illo:  
Sed quasi de domini funere rapta sunt.  
Quiscuid in his igitur vitij rude carmen babebit:  
Emendaturus: si licuisset: eram.

**M**etamorphoseis autem ut aliquid de operis quoque inscriptione dicamus transfor-  
matio transfiguratioque interpretari potest. Q uauis enim & alia cognitum perque iucunda  
hoc in opere narrentur: illo tamen omnia tendunt: ut quaeque metamorphoseis expli-  
cantur: concinne aptaque copulentur. Carmine autem Heroico metamorphosin esse con-  
scriptam ac in quindecim volumina distinctam cum notius sit: quod ut villa indigeat ad  
monitione: quid quoque libro continetur: subiaceamus: si prius illi testati fuerimus. Oui-  
dium in Heroicis id quod notat Quintilianus: idcirco lacuiorē fuisse: quod ut illius car-  
minis grauitati cōueniat: quod varios amores quibus plereque metamorphoseon fuerūt fa-  
cte: illum sic describere oportuit: ut quāta sit vis illius affectus aperte ostenderetur.

**Titulus  
operis**

**A**d illustrissimum Mantue principem Franciscum Gonzagam, Raphaeles regij,  
enarrationum in Ouidij metamorphosin prefatio.

**O**gitanti mihi iucundissime princeps: cui potissimum meas in Ouidij meta-  
morphosin enarrationes dicarem: tu in primis occurristi: qui hoc quātulo-  
cūque munere dignus esse videreris. Tantus est enim cum aliarum virtutum,  
cum singularis ac prope diuine liberalitatis tue splendor: ut ab omnibus  
celebri immortaliatis consecrari merearis. Excellentis nāque virtuti ex  
philosophorum omniū sīnālaus: honor & gloria debetur. Tu vero nihil pulchrius ho-  
norificentiusque esse existimas quādūtias & opes: quibus in dies magis magisque abūdas  
ad magnificientiā benignitatemque conferre. Hinc enim & merito quidem fit: ut non so-  
lum strenuissimi quicque milites ad te certatim configiant: sed cum alijs Italie principes  
te colant & admirantur: tum grauissimus sapientissimusque Venetorum senatus te sibi  
quocunque officij genere deuinat: in dieque habeat chariorem. Ex tāta namque liberalitate  
facile cognoscit eam tibi ingenitam esse janim magnitudinē: ut & alta expectas: et p-  
clara sis gesturus & viam ad immortalem gloriam affectes. Omnes siquidem imperato-  
ri virtutes in te sic refulget: ut Scipioni illi maiori: qui quattuor & vīngiti annos na-  
tus imperator aduersus Penos in hispaniam senatu populoque romano fuit missus: me-  
rito sis equiparandus. Ut enim corporis excellentem formam, vereque imperio dignam;  
& rerum in principe robur omittamus: quis tuum in assiduis exercitationibus labore,  
in periculis fortitudinem, in prouidendo consiliū, in agendo industriam, in conficiēdo  
celeritatem, nō magnopere admiretur. Tu nulla pluvia, nullis niuibus: nullo estu ab an-  
telucanis venationibus deterretur. Tu summa omnibus in rebus temperentia, fide iusti-  
cia esse vna omniū voce predicas. Tu singulari facilitate sic animos & ciuium & mi-  
litum ad te amandum allīcis: ut non princeps: sed par infimis esse videaris. Tu deni-  
que artis militaris scientiam ita percallisti: ut preclaris imperatoribus cum ab alijs om-  
nibus tum a Iohāne Francisco paschalico sapientissimoque senatore as-  
scribendus esse censearis. Tametsi autē probe scio te maioribus defringi negotijs: quod ut  
huic operi legendo vacare possis: tñ si quid oīj tibi vñque supererit: complura in illo in-  
uenies sic enarrationibus nostris illustrata vt facile percipi possint: que tuū animū ma-  
ximopere delectabunt. Nihil est enim quod ad rei militaris peritiam gloriamque pertineat: cu-  
ius illustria exempla in Ouidij metamorphosi non habeantur: nam clarissima queque nō  
bella modo: veritetiam plia: ut strategemata. vt ducum colloquia p̄mittā: illo ver-  
rum lepore: illa elegantia describuntur: vt plerique tibi inter legendum interesse videas.  
Iam ciuiliter viuendi rationes vnde facilis sumamus: auctorem inuenies nemine.  
Ex ijs enim que statim in operis initio de mundi origine. Gigantum aduersus deos te-  
meritate aliorumque impietate narrantur: aperte colligimus deum mundi ipsius opificē  
fabricatoremque fuisse: ac eo imprimitis colendum atque venerandum. Eorum vero qui deo  
aduersantur omnia opera inania esse ac vacua: contraque eos qui pie iusteque viuāt. sic vbi  
que tutos esse ut dei ipsius auxilio nunquam destituantur. Q uid nāque Lycaonis in lupum trās-  
mutatio nobis aliud ostendit: quod terrimis latronibus grauissima queque a deo suppli-  
anj

**Moralis  
fabularum i-  
terpretatio.**